foret: de ea nequaꝙ̄ ambigeret aut cunctaret̄
Verum ſi non maiorem certitudinem de vna
partium habet ꝙ̄ de altera: ſiſtere debet/ quo
uſq; ad earum aliquam magis aſſentiatur/ et
hoc vel aliorum vel ſue rationis conſultatione/
vel inſpiratione diuina/ obtenta per orationem

Niſi eni hoc mō q̄s ſecuritatē i ſemetipō capiat ſe male fuiſſe cōfeſſum ſemp iudicabit· neq3 trā quillius eſſe aut cōſciē pacē vnq̄ hr̄e poterit Quod pfecto neq̄quā bonū eſt·

Si ſeipō penitēs nōnūq̄ iquirit ſi firmā nūq̄ ꝑ peccādi volūtatē habeat z tūc ei plurima pponit hoſtis / preſertim q nimiū eſt fragilis q itē tā crebro in pccā lapſus eſt a adhuc cotidie labitur. Conſiderare aūt hijs debet / verū quid eſſe nō poſſe eum vitare pccm viribz ſuis. Non etiā aſſerē opus habet nūq̄ ſe peccaturū· p̄ſūptu oſum quippe eſſet hoc· neq3 tn̄ etiā iudicaē debz ſe peccaturū. Jam eni hoc eſſet delinquē. Satis igitur eſt ſi firmum ei propoſitum adeſt· cum dei adiutorio deuitandi pccm / et ad id diligētiā ad hibendi / nec ſcdm preſētem voluntatē ullo vult pacto in poſterū peccare.

Nonnūq̄ ut dictū eſt emitit hoſtis· perſois deū timentibz magis quā ceteris nimiū ti morē immittē· quo in cunctis ſuis operibz deficē formident. Quāobrem eiuſmodi timoratis neceſ ſariū eſt· ut in primis magnope aiadūtāt · ad quid ſub pena pcci mortalis ſecundum ſuum ſtatū obligāt· et ad quid nō· Poteſt āt ē de hoc haberi nō quidem infallibilis ſed humana certi tudo p ſapientium et deuotoꝝ bonū conſiliū· p ſcripturas· p iudiciū ꝓprie racionis· et p ſuum

confeſſorem. Nam ſecūdū hacꝝ pſonacꝝ conſiliū et dictamē debet is freqnter ꝓpriū iudiciū muta re et vincere. Cū ergo de eo qd agendū eſt ha bet is hmōi certitudinē: poteſt ſe merito quieta re licet plures alias negligētias q̄ venialia pccā ſunt admiſerit. ſ3 ſi in hijs punctis principalib3 ſe defeciſſe cognoſcit: penitere debet. ꝛ poſtmodū loco ꝛ tpe cōfiteri. Videtis itaq3 prorſus eſſe ne ceſſariū ut quíſq3 diligēter pquirat. q̄ res pccm mortale ſit. q̄ nō. i quo quiſq3 obliget̄ in quo nō Et tūc quicq̄ ſup hoc egerit id vltroneū erit ꝛ ſup erogacōnis ad augmētū ſue gratie ſimul et alioꝝ. Credere enī ꝙ illud melius bonū quod quís facere valet ſemp implere teneat̄. ita ꝙ ſi hoc obmiſerit: peccet mortalit̄: erroneū eſſet. nū ꝙ̄ etiā quis poſſet optinē cōſciētie pacem.

Finalit̄ ꝓ gnali regula accipite ꝙ vti deus ꝛ bonus āgelus ſemp ad bonū hortantur cūcta q3 ſeu proſpa ſeu adūſa. ſiue bonum ſiue malū ſui vel alterius ad ſalutē ꝛ profectum bo norum conūtūt: ſic ex adūſo oīa in damnum et pnitiē detorquere molit̄ hoſtis. Habūdat quis diuicijs: enitit̄ hoſtis ut illis abutat̄ vel in ſup biā vel in luxuriam vel in vſurā ꝛ iniquā tpaliū acquiſitionē. Cōtra. ſanctus angelus conatur ꝛ ſuadz. ut ill' vtat̄ ad largiēdas elemoſiās ad ſupplicit̄ rōdēdas grās deo ad habēdā ſufficiētiā

Similiter cõſiderate inpulchritudine· viribus·
ſcientia·ſtatu bõ hoīm fama·et hoꝝ contrarijs
pauptate difformitate·mala obſcuraqꝫ fama·
diuerſitate etiã inclinacõis hoim ad hoc ł illud /
nouit ſanctꝰ angelꝰ bñ vti hoſtis vero male·

Qvamqꝫ etiã freqñter ꝯ ipam dei inſpiracõ
nem in malum cõuerti facit hoſtis· ſicut ex
aduſo bonus angelus malã inimici temptacõꝫ
in bonũ/puta quis temptabitur·ideo religionẽ
ingredi ut poſtmodũ egrediať ꝯ exeat· Jn ea
tñ pſeuerans cõſtansqꝫ manebit. De ſupbia ã
inuidia tẽptabiť/huic valide reſiſtꝫ ꝯ ide mẽbiť
plurimũ. Jta freqñť dũ grauiť nocẽ cupit hoſ
tis·prodeſt admodũ ꝯ proficit/itãtum qꝫ hoiẽm
crebro temptare deſiſtit/ne tẽptacõem ſupãdo
mereatur. Aduſus vero cũctas ſuas illaquean
tes temptacões que certe ſũt innumẽ·nõ niſi
vnicũ gñale remedium repitur/uti btõ Antho
nio reuelatum extitit·ut qs videlicet pfundam
ſemp habeat humilitatẽ/ꝯ affectioẽ ſincera pu
roqꝫ corde ſuã totã ſpem in dei ac ſanctoꝝ auxili
um ſtatuat/idqꝫ ſe facere poſſe eſſe dei grãm cẽ
ceat pmaximã·nichilominꝰ tñ ſemp ſuũ debitũ
faciat apud deũ ꝯ obſeruãtiã mãdatoꝝ eiꝰ pre
dcẽ initẽdo ſpei·nã ſicut firmiť credimꝰ hominẽ
ſola dei ſaluaẽ miſericordia:ita eam miſericordi
am ſuope venerari diligẽ caripẽdẽqꝫ debemus

ſecus enī faciens vel hoc intermittēs agē profecto illam perdere ſeſe reddit digniſſimū. Qd ſi ſuggerens tibi hoc mō dicat hoſtis. quicq̄d egeris: certo nouit deus an damnatus eris vel ne. neq; vllatenus aliter eſſe poteſt. Reſpondebis quicq̄ de me ordinauerit deus ipē tn̄ amari dignus eſt ⁊ coli. cūq; mentiri nequeat: ipē ſibi obſequētibus et ad hoc pro ſuis viribȝ conantibȝ infallibiliter gloriā celeſtē largietur. Quāq̄ vero michi meus ſit finis incognitus: bn̄ tamē ſcio quoniā bona vita in bonū finē pducit. neq; ob hanc incertitudinem omittē debeo. quo minus meū effitiā debitum. ymo profecto magis ac magis enitēdum michi eſt. ſicut ⁊ ſi infirmus ſe ſanandū ignoret. Jure tn̄ ad id ſuū debitū facit. Concludēdo dicimus nichil ita inſtruere hoīem in predictis tēptacōnibȝ infinitiſq; alijs. ſicut gratiā dei que per deuotā orationē in profunda fuſam humilitate atq; cōtricōe cordis acquiritur. Hanc nobis grām meritis ac interceſſionibus oīm ſanctorū ſanctarūq; largiri dignetur pater ⁊ filius et ſpiritus ſanctus Amen.

¶ Explicit Tractatus Mgr̄i Johānis Gerſon Cancellarij Pariſieñ doctiſſimi atq; deuotiſſimi viri. De diuerſis diaboli tēptacōnibus.

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

Incipit Tractatus Veñbilis Mgr̄i Jo hannis Gerſon Cancellarij pariſieñ ꝓ deuotis ſimplicibꝫ. Qualit̄ ſe in ſuis ex ercicijs diſcrete et caute hr̄e debent

Deus vult ut ſit rationabile obſequiū
noſtrū ita ut cuncta que ī eiꝰ ſeruītio
facimꝰ fiāt cum diſcrecōe. tam quo
ad corpꝰ. tā quo ad aīam. Nam iuxta
cōe ꝓūbiū. Omē quod ē nimiū v̄tit̄ ī viciū. Stu
deat ergo anima ſic regere corpꝰ ſuū. ut ex vna
pte nō contra ſe preualeat. et ex alia pte ut in
ſeruiendo ſibi etiā nō deficiat. Quoꝝ p̄mum ſit
cum nō nimis laute ip̄m corpus enutrit̄. Secū
dum quando nō nimiū exercicijs ſiue corporali
bus ſiue ſpiritualibꝫ fatigatur. Et maxime in
ſpiritualibus ſeu ad ſpiritualitatē tendentibus
exercicijs eſt cautela adhibenda. qꝛ in talibꝫ
ꝓpter ſimplicitatē nō nulloꝝ deuotorū et antiq̄
hoſtis inſidias. ſub ſpē boni poſſet homo incurre
re periculū magni mali. Exempli gratia. Si q̄s
nimis et nō cū debita diſcretione. nec cū cōſilio
aliorū deuotoꝝ expertoꝝ ⁊ ſuorū ſupiorū. inten
dere vellet. ieiunijs. fletibus. vigilijs. diſciplina
cōibus oracōibꝫ meditacōibus ymaginacō
nibus circa ſubtilitates quaſlibet ⁊ diuinas res
terroribus mortis extremi iudicij ⁊ inferni et

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

ceteris hijs ſimilibus. Hic poſſet caput et cere
brum ſuum aliaqꝫ organa quibꝫ aīa vtī habet
in ſuis opacōibꝫ intantū ledere. vt vſū rōnis
amitteret. aut fieret toto debilis. fantaſticus ꝛ
melancolicꝰ. ſibi ipi deo ꝛ hoibꝫ inutilis nō ſolū
ſed ꝛ periculoſus ꝛ grauis. Vnde cōſiliū meum
eſt. ut homo deuotus ſi oīo menſurā ſeruare ne
quit: nutriat pocius corpus ſuū aliq̄li cū exceſſu
ꝙ̄ ſubtrahat ſibi nimis cū defectu. ratio qꝛ diffi
cilius. Ymmo q̄nqꝫ nullatenꝰ ſubuēiri poteſt
corpi leſo p hmōi nimiā neccioꝝ ſubtraxionē vbi
tamē facile videlicꝫ p vnā aut duas abſtinētias
ēprimi poſſet. quod exceſſum erat p nimis deli
catam educacōnē. Cuſtodiat ergo homo deuo
tus ꝓ regulis ea q̄ ſubiungūtur documenta.

De humiliādo ſe corā deo p cōtricōem.

Primo det obliuioni totum tempus ſuum preteritum ita ut non nimis continue in ſpetie recogitet de ſuis peractis pecca
tis. prius contritis et confeſſis. ſed ſufficit ut q̄n
doqꝫ p cōtricōē generalē ſic dicat ore vel corde
Dn̄e deus meus cōfiteor tue bonitati paterne ꝙ
vſqꝫ in pn̄s male proch dolor pdidi tēpꝰ vite
mee in pccīs ꝛ vanitatibꝫ qꝛ tibi digne nūꝙ̄ ~~ſic~~ ſet
uiui. Sꝫ ꝛ īſup te multiplicit̄ offendi ꝛ nichil ha
beo quo poſſim tibi ꝓ neglectis ꝛ male geſtis ſa
tiſfacē niſi cor meū. vtinā debite ꝯtritū ꝛ huiliatū

Hoc ergo tibi domine offero. et rogo ne deſpici
as. ⁊ delicta iuuentutis mee ⁊ ignorantias me
as. p̃mo ⁊ nequicias meas ne memineris. Etiā
ſcio dn̄e. ꝙ totis viribus meis nō ſuffitio talem
facere cōfeſſionem qualem bene exigerent pccā
mea. Sed ⁊ tu ſcis deus meus deſideriū meum et
volūtatem meam bonā. ꝙ ex tuo dono ⁊ tua in
ſpiracōne michil volui. Vicario tuo meo ꝯfeſſori
celare de pccīs meis. Et ipē ꝯfeſſor ſe ſatis putat
informatum de mea vita. Rogo igitur pie dn̄e
ſufficiat tibi. ⁊ da ut oblitus ea q̄ retroacta ſunt
extendere pamplius me poſſim in anteriora in
tuo ſancto ſeruicio. Si autem dn̄e in futurū ali
quid aliud tibi de me placuerit. ſup cōfitēdis me
is pccīs iteratis vicib⁹: offero me patū. iuxta cō
ſilium cuiuſcūqꝫ. per quē tuā dignaris innoteſce
re ſuper hoc voluntatem. Nichil enim itēdo reti
nere apud me quod ſit contra te. Tamen nō
ignoro etiā domine deus meus ꝙ quāuis mille
ſies cōfiteor ex hoc nō poſſum ſatis iuſtificai. ſꝫ
ex tua ſola miſeīcordia mea depēdet iuſtificatio.
Cum enim tu michi nō imputaueris pccm: tūc
iuſtus ſum ⁊ nō alias.

¶ Informacō illoꝝ qui circa exteriora oc
cupantur.

Circa p̄miſſa etiā notandum ꝙ pſona deuo
ta circa curā rei familiaris ⁊ erga exteioꝝ

diſpenſacōnē multū occupata·nō debȝ cū nimia anxitate conari ad habēdū talem pacē trāquil litatē ⁊ puritatē cordis:qualē pſona soli deo ⁊ ſpūalibȝ vacās poteſt ⁊ debet hēre·Nec deus req̄ rit hoc a tali de necītate salutis·Scit enī ꝙ hūa ne infirmitati id impoſſibile eſt·Ad hoc enī cona ri nimiū eſſet ſignū ſupbie ⁊ labor inanis·perdi tio temporis inutilis·Non ergo pſona ſic exteri orib; occupata ꝓ ſua ⁊ aliorū ſalute ex diuina haut dubiū prouidētia triſtetur multum ſi deuo tionem tantam nō habuerit quātam libenter haberet·et qualem alios habere conſiderat·Im pleat ipſe tamen fideliter miniſterium ſuum ad quod deus eum vocauit·et ſatis eſt·Sicut nāqȝ ipſe non ſolum pro ſe ſed et pro alijs ſe exte rioribus occupat iuxta diuinam voluntatem: Ita etiam alij non ſolum pro ſe ſed et pro ipſo ſic occupato et pro alijs deo et ſpiritualibus ex ercicijs vacant·Hoc adiecto ut quandoqȝ ſibi magis aptis certis horis pro ut poſſibile fuerit ad deum etiā recurſum habeat·cōquerendo hūi liter de ſuis negligencijs·et exponendo domino deo ſuo neceſſitates occupationes et miſerias ſuas orando ut pius dominus dignetur eoſdē ſuſcipere a paupere ſeruo ſuo loco deuotionis quam libentius ſibi offerret · ſi eam haberet·

Quomodo in xp̄o omnes vnū corpus ſumus.

HInc ſurgit pia ⁊ pulchra conſideratio de corpe xp̄i miſtico . In quo ipſe dn̄s ihe ſus deus et homo eſt noſtrum caput . noſq; mē bra eius . Vnde ⁊ ſicut in corpore organico om nia menbra nō eundem actum habent . nec ſibi ſoli . ſed toti homini in ſuis actib; deſeruiūnt . Pedes quippe nō ſibi tantū ābulāt nec manus ſibi ſolū laborant . nec os ſibi ſoli ꝯmedit et ſic de alijs . ſed ip̄i toti homini . Ita etiā in hoc cor pe xp̄i miſtico . quicūq; quodcūq; bonum opera tur . nō ſibi ſoli ſed omnib; in xp̄ō exiſtentibus id operatur in ſalutem . Et ex eo ꝙ domin⁹ noſ ter ihesus criſtus . deus et homo . mediator eſt dei ⁊ hominū et capud noſtrum . opa noſtra bō per ip̄m fiunt diuine maieſtati grata et accep ta et nobis ſalutaria et fructuoſa et non ex no bis . Nemo ergo deputatus operibus inferiori bus deſperet . nulluſq; intendens maioribus ſu perbe ſe eleuet . Quia omnia in xp̄ō iheſu domi no noſtro erūt nob̄ coia . Non bene itaq; agūt illi qui predicantes aut alia magnalia agētes magnificant et ceteros religioſos et xp̄ifideles nō predicantes . ſed quieti ꝯtemplacōnis ⁊ ora tionis vacātes vilipendūt . velut ecc̄ie dei inuti les nō attēdentes . ꝙ ſi ſermo debeat ꝓficere ex ore predicātis : deuota cōtemplatiuorum oratio habet hoc efficere apud deū et impetrare . alias

inuanū erit conatus laborātis. Similit̄ nō bn̄ a
gūt q̄ ſpūalib; vacātes ꝯtēpnūt tpaliū admiſtr̄
cōz exercētes. Sic̄ ei ſpūalia ſic ꝛ tpalia bō ꝙ diu
ſum⁹ ī via ꝛ peg̃namur a celeſti pr̄ia nob̄ nccia
ſūt. Et nō omnib; oīa ꝓſunt nec omēs omnia
poſſum⁹. Sit ḡ quilib; ꝯtentus de ſituacōe ſua
in corpore xp̄i miſtico ſe etiā ꝓ quocū; menbro
reputet infimo. ꝛ ſtudeat fidelit̄ agere ī ea voca
tione qua dn̄s eum vocauit. Ex p̄miſſis appar;
error illoꝝ qui in religionib; ex obediētia depu
tati ad exteiora offitia ſua cū murmure ꝛ inuo
luntarie ẏmo qn̄q; vix ex coactione ꝛ p ꝯn̄s ne
gligēter ꝛ īfideliter implent. ſpūalia ſibi furtiue
contra bonū obedientie vltra quā ad eoꝝ ſtatū
ptinet vſurpātes ꝛ id qđ alioꝝ eſt ſupbe ſibi vē
dicantes. qđq; ſuū eſt negligētes ꝛ ſic et iſtud
ꝛ illud non ſolū ſaluti ſue īfructuoſū ꜩ ꝛ ſepe per
ꝓprie volūtatis ꝛ īobediētie viciū dāpnoſū faci
entes.

Consolatio offitialiū.

Appar; quoq; ſimilit̄ ex p̄miſſis ꝙ incaute
agūt nōnūꝙ r̄eligioſi modicā ꝯpaſſiō; cū
ſuis frib; ad exteriora explēda deputatis ſi qn̄
in ſpūalib; minus ꝓmpti īueniātur habentes
ipōs temē qn̄q; tanꝙ īdeuotos nō ſolū corde di
iudicātes. ꜩ qđ peius ē ſepe gladio ligue ſue de
tractorie pcutiētes. Nō attēdētes illud vulgar̄e
ꝓūbiū. Pluribꝫ ītentis mīor ē ad ſingula ſēſus

Nec recogitant ꝙ ſi ipſi explere deberēt talia ſi
mul et tempalia ꝛ ſpiritualia ·neutrum horum
forte facere rite poſſent.Neqꝫ aduertūt quātū
deberēt eſſe deo ꝛ hominibꝫ grati·ꝙ ipis ad ſer
uiēdum deo in quiete ꝛ pace ordinatis:alij co
gūtur ſeruire cū multa fatiga ꝛ tribulacōe ꝛ deo
et ſibi et alijs·et ꝙ ipſi velut domini recumbūt
alij velut ſerui coꝝ miniſtrāt eis·et in tempali
bus de neceſſarijs eis ꝓuidere habēt.Timere
deberēt hij tales ꝙ ſpiritualiū operū ſuoꝝ fruc
tum nō ipi·ſed alij officiales ſcilꝫ exterioribus
occupationibꝫ ꝓpter eos detēti:apud deum iuſ
tum iudicem ꝑcipiēt·ꝓpter ſuā potiſſime ingra
titudinem·que deo maxime in nobis diſplicet.

¶ Semper orare quomodo intelligitur.

IVxta ꝑmiſſa quoqꝫ inſtruitur nōnulloꝝ
ſimplicitas·qui occupati alijs conātur nō
tantum corde·ſed etiā ore ſemper orare·ꝓpter v̄
ba apli·quibus ait . Sine intermiſſioē orantes
Nam ſcđm expoſitores·licet ſemper oret qui bo
num operari nō ceſſat·ꝛ qui per pcēm mortale
oroēꝫ ſuā nō interrūpit:poſſumus tamē ex pre
miſſis ꝛ ad ꝓpoſitum dicere plane ꝛ veriſſime
ꝙ ſemp orat q̄ alia bō opa ſiue ſpiritualia ſiue
corporalia pro dei honore·ꝛ ſeruorum dei vtilita
te facit.Licet enim non oret per ſe:orat tamē p
alios in xp̄i corpore miſtico·et hoc ſufficiat ſibi

alias debitũ orandi ad qđ ipſe obligatus exiſtit
non neglexit vitioſe. ¶ Singularitatis vitiũ
reprobatur.

Rurſũ pſona deuota dʒ
diligẽtiã adhibere ut nõ incurrat aliquã
ſingularitatis notã p ſuã deuͦtionẽ p̄ ceteris inť
quos ↄuerſatť. Hoc enĩ repĥẽditť a pribʒ/ qꝛ tur
bat nõnũquã alios cũ quibʒ viuiť. Et eſt ſignũ
ſupbie ⁊ ypocriſis. Studeat ḡ eſſe in publico cõ
munis ⁊ alijs ↄformis/ abſqʒ tamen peccato. In
ſecreto vero poteit eē ſingulariť deo deuot⁹/⁊ cor
de ⁊ moribʒ ⁊ geſtis ⁊ exͨcicijs cum diſcrecõe tñ
ne ſe deſtruat ¶ Qualiť orand͛ ſit ſpũ ſine ỹgibʒ

Pro iſtis aũt deuotoꝝ exͨcicijs q̄ ↄiter apti⁹
ſiũt ĩ p̄uato q̄ꝫ in publico/ ut ſũt viʒ mẽtales
oracões ⁊ meditaciones. Notãdũ qꝫ quicũqꝫ
in hijs ⁊ p hec vult amoroſe ⁊ affectualiť tẽdere
in deũ ſecure ⁊ diſcrete ne caput ⁊ ſẽſus ſui ledã
tur/ debʒ diſcere cogitare de deo ſine aliq̄ re corpo
rali ſiue abſqʒ ymagine/ ita ut non cogitʒ rem
magnã aut paruã longã ã breuẽ albã ã nigrã
hic ã ibi in tali aut alio loco exiſtentem. Sed
omnibus talibus ⁊ ſimilibus excluſis eleuet
cor ſuum ad intellectualia pura ⁊ incorporea co
gitando dei omnipotenciam qua omnia poteſt/
dei ſapientiam quia omnia preterita et futu
ra ſcit. ut preſentia/ dei bonitatem. qua omni
bus quantum in ſe eſt bene vult et nulli male

Similiter eius miſericordiam dulcedinem pul
chritudinem ⁊ ſic de alijs perfectionibus deo ſū
me cōuenientibus ⁊ inexiſtentibus dicendo cor
de et ore ¶ Oratio deuota

O Domine deus meus creator ⁊ redēptor et
ſaluator meus · omnipotētiſſime · ſapientiſ
ſime · peroptime · totus pulcher · dulcis ⁊ miſeri
cors. O pater pijſſime amātiſſime amabiliſſiē
qui ſolus vere pater patrum es · plus me dili
gēs quam vnq̄ carnalis pater ſuū cariſſimum
dilexit filium. Qd bene oſtendis in tuis benefi
cijs magnis ⁊ multis michi indigniſſimo da
tis per te ⁊ ad hec dandis ex ſola tua maxima
hoc fatiens bonitate · te adoro · laudo · glorifico
toto corpore ⁊ ſpiritu tibi gratias ago pro omni
bus donis tuis · q̄ quicquid ſum · poſſum ſcio ⁊
bene ſancteq; cupio · volo et deſidero · hoc a te
habeo totum · et nichil habeo ex me ipſo niſi pec
cata que clementer peto ignoſci ꝓpter gloriam
nominis tui benedicti. Qd me cum omnibꝫ ſanc
tis tuis benedicere laudare ⁊ predicare ſine fi
ne ꝓpitius etiā concedere digneris. Vel alio mō
orādo · prout ſpiritꝰ ſanctꝰ inſpirauerit. Talem
reſpectū habēdo ī orationibꝫ ⁊ meditacōibꝫ ſuis.
Homo nō facile īcurret freneſim nec erit fanta
ſticus · et in capite ſeu ſenſibus ſuis deſtructus
quēadmodum aliter faciliter poſſet contingere

cū homo nimis figit cogitatū ſuum in res corpo
reas ⁊ reꝝ ſenſibiliū ymagines . Nolum⁹ tñ ꝑ
hec reprobaē imaginacōes de ope noſtre redēp
tionis/de capcōne alligacōe colaphis ſputis fla
gellacōe crucifixione dnī noſtri ihesu criſti/⁊ ce
teris hmōi/ymo hortamur quantū poſſum⁹ ut
de talibꝫ homo ſepe cogitet . ſꝫ ſub hac cōdicōe
⁊ hmōi cautela ut viꝫ cū diſcrecōe ⁊ non nimis
hoc faciat/atqꝫ ut non nimis diu ⁊ immobiliter
quaſi ſeu nimis fixe cir̄ corporalia ⁊ ymagines
rerū hmōi cogitacō immoret̄. Sed ſemp cone
tur cogitatū ſuū ab iſtis corporeis ymaginacō
nibus trahere ſurſū ad earūdem rerum corpora
liū ſpiritualitatem/que inde ſpū ſancto docente
elici poterit copioſe/ſi homo aſſueſcat ⁊ dederit
ſe ad talia facienda . Et ne videatur impoſſibile
totaliter licet appareat in exꝑtis difficile aliq̄lit̄
id quod dicimus . Sumamus exemplum de ve
nerabili ſacramento dominici corporis . quod
cum videmus ī manibus ſacerdotis oculis cor
poris adoramus deuote . ſicut verum deum et
hominem humani generis redemptorem . an
gelorum dominum . ⁊ demonum expungnatorē
per hoc ꝙ videmus oculis cordis : nec mora
mur cum cogitatu noſtro diu circa illud qđ
exterioribus apparet oculis . utpote circa albe
dinē rotunditatē ⁊ ꝑuitatē ſacre huius hoſtie.

ſed cogimus quaſi violenter cogitatum noſtrū ut ab illis viſibilibus ſpeciebus ſe auertat· et cō uertat ad inuiſibilia que oculus mentis per lu men ſancte catholice fidei ibi videt et credit vera ciſſime· quaſi dicerem⁹ cogitacōnibus noſtris· Jd quod oculi corporis nobis ꝑreſentant· nō eſt deus noſter· Sed id quod ibi oculis cordis cernitur· eſt dominus deus noſter· hoc ergo co gitate et in hoc vos figite· Aliud exemplum po teſt applicari de puero extra patriam poſito/ quī nūquam vidit patrem ſuum et cui pater mittit victum ⁊ amictum ⁊ alia neceſſaria· ſalutatq; dulciter ſepius per medios nūtios eūdem· Nō dubium quin puer iſte licet patrem ſuum nō videat moueatur naturaliter quodā amoroſo af fectu ad diligēdum hūc patrē· ⁊ ad cogitādū ſepius cordialiter de eo· ⁊ ꝙ libenter eſſet apud eūdem ad vidēdum ipſum ſicuti eſt· Quia neſcit an ſit longus aut breuis· an albus aut niger· ⁊ ſic de alijs corporalibus circumſtancijs· ergo eti am in cogitādo patrem ſuum qualeſcūq; hmōi corporee ymaginationes occurrerint· nō in eis quieſcit· ſed repellit tanquam deceptorias et in vtiles· Sed quoniam alibi de hoc latius tracta tum eſt: ſufficiat hic modice tactum

¶ Pericula q̄ ꝑueniunt orantib; cū ymaginib;

Itaq; iuxta premiſſa diſcat perſona deuota in

ſimilibus ſimiliter agere/alioquin in oratiom
bus et meditationibus ſuis non ſolum perti
meſcere habet premiſſa pericula:ſed etiam in
commoda grauia alia. Poterit enim continge
re dum homo nimis cogitat cum ymaginibꝫ
et de rerum corporalium circumſtancijs · ut
propter fantaſie fluxibilitatem et inuiſibili hoſ
te illudente et cooperante/deueniat a deuotis
et pijs cogitationibus · ad cogitatus turpes
et impios · a puris affectionibus ad immun
das · a ſpiritualibus ad carnales · et nonnunq̃
a ſanctis cogitationibus ad execrande blaſ
phemie cogitationes · pro ut in non nullis
deuotis perſonis in hijs incautis compertum
quandoqꝫ eſt. In ipſa etiam veneranda yma
gine crucifixi · ex nimis fixa conſideratione cor
poris dominici nuditatis · eiuſqꝫ femoralium.
¶ Qui caſus ſicut mulierculis eſt valde poſſi
bilis. Sic viceuerſa poterit caſus iſte et viris
eſſe non impoſſibilis ſi nimis figantur eorum
cogitatus erga ſanctarum virginum · etiam
ipſius virginis virginum · que tamen puri
tatis mater eſt ymagines corporeas · prout
etiam experientia nonnullos docuit. Cauea
mꝰ igitur dum cogitare volumus nudum cru
cifixū · ne incaute id fiat. Alioquī cōtingē pote
rit dn̄m nr̄m crucifixū de cruce nob̄ euaneſcē/

noſq₃ cum latronibus illic inſidioſe contra nos latitantibus ſolos remanere. qui et deſpoliātes nos cogitacōnibus et affectionibus puris et ſanctis/et plagis turpium et execrandaꝝ impo ſitis/vix ſemiuiuos nos ſub cruce relinquant. Semiuiuos ⁊ ſemimortuos/nāq₃ nō nūq̄ꝫ deuo ti ſimplices ſe putant cū ex hmōi corporalium ſpecierum incauta ⁊ nimia ymaginacōe veniūt a ſanctis cogitacōnibus meditacōnibus ⁊ ora cōnibus ad cogitacōnes nephatias. ſpiritu ne quā ſepius cooperāte eſtimantes cū quadā deſ peracōne ſe a deo derelictos ⁊ reprobatos. ꝑpt̄ huiuſmodi turpitudines cogitatui eoꝝ occur rentes/⁊ per cōſequens ſe in anima a dei gratia mortuos fore ⁊ vix vita corporis viuere qꝺ ta men falciſſimum eſt. Ecce ad quanta ꝑueniūtur pericula ex nimis ymaginum corporalium rerū fantaſia/⁊ ex antiqui hoſtis cooperacōne mali tioſa. Nemo tamē ꝑpter premiſſa credat ſanc torum ymagines. ſicut quidam heretici ſenſe runt eſſe cōtemnendas. ſed ſunt pocius reue renter tractande. ⁊ ea intēcione qua eccia dei eas inſtituit digne honorande. Et diſcamus ab hȳs viſibilibus mēte tranſiri ad inuiſibilia a corpa lib⁹ ad ſpiritualia. Ille nāq₃ ē̄ finis ymaginū.

¶ Remedia contra ſpm̄ blaſphemie.

De blaſphemie tēptacōe occaſione p̄miſ
ſorum eſt etiā notandū. ꝙ ip̄a nouiter
ad dei ſeruicium ꝯuerſos q̄n̄q; grauiter
infeſta. inimico humani generis ut tales per
hoc in deſperacōe deducat et a dei ſeruitio viaq;
ſalutis arrepta retrahat id agente. deo aūt per
hmōi graues temptacōnes ſi eis nō ꝯſēſerint
a pccīs ſuis purgati. īfluētie ſue grē ydonei red
dāt hoc pie pmittēte. Cū igit̄ cogitacō hmōi
mala horrenda. groſſa. turpis. ꝛ nepharia. īpor
tune occurrerit: nō terreat̄ nec triſtetur pſona
deuota ꝓpterea minimū. neq; credat ſe ꝓpter talē
a deo derelictū. etiā q̄tūcumq; talis cogitatio
blaſphemie videatur eſſe cōtra dei vel alicuius
ſancti honorē. aut cōtra fidem. caſtitatē ꝛc̄. Sed
maiorē fiduciā. ſe ptinēdi ad deū inde accipiat
dicendo corde aut ore. Oratio.

Dn̄e deus meus grauiter et inuitiſſime tollero
hanc temptacōem. cū ꝗ multum peccaui. iuſtū
eſt ut multū affligar. Confidens dn̄e ꝙ tā for
te certamē michi cōmittis. ꝙ etiā int̄ magnos
et electos tuos milites velis ꝯputare me indig
num. Si igitur dn̄e eſt tue volūtatis ut hec tēp
tacō dura me collafiſet: nō recuſo laborem. ſed
ſuppliciter rogo ut tribuas ſeruo tuo virtutem
pugnādi ꝛ vincendi. ne ei vnq̄ int̄nū cōſenti
am. Tu eī deus meus ſcis creature tue īpotētiaz

nec etiã ignoras inimicoꝝ meorum inuiſibiliũ in-
ueteratam inuidiam et maliciam cõtra me. Et hec
orãdo dicat homo deuotius ut poterit/ ſignando
q̊ꝫ ſe interim ſepius ſigno ſancte crucis ⁊ aqua
benedicta ſi affuerit ſe aſpgẽdo. Hijs pactis ſit
homo ↄtentus ⁊ non curet de eis ãplius multũ
nec litiget vltra pro illa vice nimis cum eiſdem
ſꝫ cõtẽpnat. ⁊ ſic citius euaneſcent a memoria
Sup pmiſſꝫ habemꝰ exẽplum de quodã mona
cho in heremo qui talibꝫ turpibꝫ cogitacõnibꝫ
vexabatur. xx. annis/ ⁊ nemini audebat aperire
tẽptacõnẽ hanc ꝓpt eius abhominacõeꝫ. Tãdẽ
tamẽ cuidã antiquo expto pri eam non ore ex
verecũdia ſꝫ ſcripto detexit. Qui vidẽs apt pone
manũ tuã ſup caput meũ. qđ cũ feciſſꝫ. apt idem
pater. Sup caput meũ ego accipio totũ iſtud
peccatũ tuum ⁊ omne põdus eius: non ergo tu
ãplius inde cõſciẽtiam aliquam habeas. Cum
autem monachus ſup hoc miraretur ⁊ cauſam
huius quereret. Reſpõdit pater: querẽdo. pla
cuit ne vnq̃ꝫ tibi iſta turpis cogitatio. Abſit in
quit ille. Nam maxime michi ſemp diſplicuit/
⁊ apt ſãctus pater/ maiſeſtũ eſt ergo ꝙ tu eam
non agis: ſꝫ eã pateris ãtiquo hoſte procurãte/
⁊ te ut decipe tandẽ p deſpacõꝫ poſſꝫ ita fatigãte
Nũc g̊ fili mi audi cõſiliũ meũ. Et cũ iteꝝ inuaſeit
talis turpis cogitacõ dic. Tibi ⁊ ſup te inimice

nequam ſit hec tua blaſphemia· ego nichil in ea
habere volo· ſed dominum deum meũ ego adoro
et veneror· in ipſũ qꝫ credo · Ex poſt vero iſte frat̃
nunq̃ habuit amplius hanc grauem tempta
tionem· conſilio ſenis adiutus · Et notandum
ꝙ perſona deuota huiuſmodi tẽptationes gra
ues non debet cõfiteri indifferenter cuicunqꝫ ſa
cerdoti q̃ꝙ plurimum litterato/ ne forte occaſio
nem deſpationis habeat· propter multorum in
experientiam: ſꝫ recurſũ habeat ad viros deuo
tos religioſos· diſcretos · Nec eſt opus in ſpeci
ali nimis declarare in confeſſione talem turpitu
dinem· ſed ſufficit ita dicere· ut confeſſor intelli
gat mẽtẽ ꝯfitẽtis· et hoc ꝑ ſemel: ſi amplius vexa
ueit: ſatis ẽ eidẽ ꝯfeſſori ãplius ſimplicit̃ in gnẽ
eãdẽ dicẽ · ¶ Regula gñalis de cogitacõibꝫ mal̃ ·

PRo illis que premiſſa ſunt notetur pro re
gula gñali· ꝙ q̃leſcũqꝫ cogitacões male oc
currerit ſiue ſint de carnalitate · ſiue de inuidia ira
ſupbia ⁊c̃ fiat diligẽtia ut ab ĩtra eis nõ ꝯſẽtiat̃
⁊ ut ad ex̃ nõ ĩpleãt̃ · ⁊ ſecur⁹ erit hõ ꝙ nullomõ
hmõi erũt pccã mortalia· ꝑmo ꝯit̃ cũ eis ita ẽſiſtit̃
erũt magne ũtutis hic ⁊ in futuro· remuñacõis
ſingulaĩs mateia ſeu occaſio · Ex huĩlitate tñ põt
hõ de eis ꝯfitei nõ ĩ ſpẽ ſꝫ ĩ gñali dicẽdo ſic · Tales
malas cogitacões habui· tñ ꝑ dei grãꝫ ipẽ m̃ nũ
q̃ placuerũt · Timeo ñloi⁹ ꝙ non tam cito eas

impugueri ſic debuiſſet ⁊ cū dei auxilio potuiſſet

Notandū aūt eſt q̄ in hijs aduenire qd ab ſit delectatio cū cōſenſu. hoc omnino ⁊ expreſſe et ſpecifice eſſet ꝯfitendū. ⁊ ſi in opacōe ꝑcedētur tunc adhuc multo amplius. quia hoc foret gra uius. Huic regule gnāli videtur addendū. q̄ ſi pſona deuota fuerit ex naturali quodāmō incli nacōne nimis prona ad aliquod peccatū ſeu vi tium ſit hoc ira inuidia male loqui de alijs. aut aliud quodcunqȝ. ita ut qn̄ȝ etiam cadat mor̄ liter. nullo mō propter hoc deſperet. ſed cordi aliter de hoc doleat. ⁊ confiteatur hūiliter. ⁊ ꝓpo nat in aīmo nunq̄ amplius ita velle peccare. et̄ ſi milleſies tūc vna die ceciderit aut vltra. non tamen ꝓpterea dānabitur. dūmodo ſaltem ſur rexeit toties quotiēs ceciderit. Añ caſum igit̄ co gitet dīnam iuſticiam. ſꝫ poſt caſū dīnam miam ſemꝑ attendat. mia enī dei tanta eſt. ut ſi homo hr̄et oīa pccā mundi ſuꝑ ſe. ⁊ doleret q̄ cum eis tam bonū dn̄m deum ſuum ſuperbe offendiſſet. ⁊ firmit̄ ꝓponeret amplius abſtinere. deus talē nunq̄ dampnaret. ymo habemus multa exem pla de pluribꝫ ſanctis qui grauit̄ peccauerūt. ⁊ poſt peccata ſua ꝓpter pnīam ſuam. ⁊ maximā dn̄i nr̄i dei dulcedinē ⁊ pietatē qua diligit hūa nam naturam facti ſunt apud deū maiores ſācti q̄ nōnulli ſancti qui nō ſic ceciderūt. Verūptn̄

nemo debet peccare: ſ; poſtq̄ peccauit ꝯfidat de
dei bonitate/et propter premiſſa reſurgere feſti
net. et ſaluus erit. Nam deus per os ꝓphete di
cit. q non velit mortem peccatoris: ſed maxima
veriſſima ſancti. Jo. criſoſtomi ſententia eſt.
deus quaſi dolet cum hominem per ſuā iuſticiā
dampnare debet propter hominis iniuſticiam/
ex quo homo eſt ymago dei tam nobiliter crea
tus et tam precioſe redemptus. Nemo ergo de
bet deſperare de dei miſericordia quantumcunq;
etiam grauiter et innumerabiliter peccauerit.
ſed toto corde doleat qꝛ tam dulciſſimū dominū
inhonorauit propter ſua peccata et in futurum
cauere proponat. et ſic dubitare non habet qn̄
diuina pietas ſecum miſericordiam faciet. Eſt
etiam pro regula ſeruandum: q ſi homo in ali
quod peccatum cecíderit etiam mortaliter. non
tātū ſel ſ; pluies nō triſtet̄ i tātū ex hoc q ſibi ip
ſi ẽuit̄ idignet̄ ide/ꝛ aliquid mali idiſcrete ſine
ſcitu ꝛ ꝯſilio ſui ꝯfeſſois vl̄ ſupioris ꝓptēa faciat
ſibi. ſ; cū q̄dā mētis libertate ꝛ cordis fiducia
hūlit̄ recurrat ad dnm̄ deū ſuū petēdo cordialit̄
veniā/ꝛ ſe accuſādo ꝛ emēdacōꝫ cū diuino adiuto
rio i mente habendo. Faciat ergo homo iſte ſicut
facẽ ſolent pueri nondū ſatis fortes ad ambu
lādū: q̄ cū libēt̄ vellēt ābulaẽ cadūt ſepiꝰ Et cū ce
cidiſſe ſe ꝯgnoſcūt ꝛ p ſe nō poſſe ẽſurgẽ: nō ſibi

ip̄is ita indignātur · ut ſic velint iacētes pma
nere / ſ; hūilit̄ fiducialit̄ extēdūt manus ſuas
ad piam matrem · ut ſe releuet ex quo p ſe ſur
gere nequeūt · Jn infinitū plus nos ſumus ca
ri ⁊ dilecti diuine maieſtati que nos creauit re
demit · ⁊ ppetue ſaluare diſponit / q̄ꝑ vnq̄ꝑ aliq̄s fi
lius ſue matri carnali extitit carus et dilectus /
recurramꝰ ergo ad eā cū humilitate ⁊ ꝯfidētia
poſt lapſū / ⁊ impoſſibile eſt ut dāpnemur · Nul
lus aūt p̄ſumat q̄ꝑ velit aut poſſit p ſe ſurgere a
peccatis aut peccata cauere hoc enī ſolius diui
ne eſt gratie · Caueat ergo quiſq; a ſigno tāte
ſupbie · Nam ꝓpter ipſā ſupbiam pmittit deus
qn̄q; cadere hominē in peccata · in que non cecī
diſſ; ſi humilit̄ et timorate ſe ad dn̄m deū ſuum /
⁊ ꝯpaſſiue ad ꝓximū ſuū qui p̄us in ſimilia pec
cata cecidit habuiſſet ¶ De malarum
cogitacōnum cauſis atq; remedijs ·

Quia tactū eſt ſupius de q̄uibus ⁊ abhoīnā
dis temptacōibus cordis ſeu cogitacōnū ·
cū doctrinarū aliquaꝝ pro earūdem remedio
ānotacōe · Vt adhuc clarius poſſit intelligi q̄d
dictū eſt · ⁊ ut facilius poſſint inueniri remedia
ſpūalia cōtra morbū ſpūalem tā peſtiferꝝ ꝛ expe
dit declarare aliqualit̄ cauſas quantū poſſibile
fuerit ⁊ dn̄s donauerit ex quib; ortum habeant
qn̄ tam turpes cogicōnes · Primū itaq; fieri

poſſunt ex ſuggeſtione et immiſſione inuiſibilis hoſtis qui virtutem fantaſticam et ymaginatiuam ſimplicium mouet · huiuſmodi abhominationibus prout fecit illi monacho · xx · annis · Vnde ſupra dictum eſt · Probationem huius docet experientia in nonnullis deuotis innocentibus et caſtiſſimis pſonis · que nunq̃ ab extra audierunt blaſphemias et turpitudines tales quales ab · intra concipiunt · Vnde clarum eſt q̄ niſi ab hoſte inuiſibili immitterentur · minime ſentirentur · Immiſſiones autem huiuſmōi permittit deus fieri ad humiliandum hominem et ut timoratus operetur ſalutem ſuam: et ad diſcendum antiqui hoſtis inſidias: et ut homo eo deuotius ad diuinum auxiliū recurrat · Remedium bonum ē · ut homo faciat ut ſupra heremita docuit · Item prodeſt · u t homo diuino adiutorio confidens derideat et cōtempnat ſpiritum neq̃ et · ſuperbū cū ſuis imūditijs dīcēdo · Inmūde ſpūs ſi q̃d poſſes āpli9 etiā facēs · ego te n̄ curo q̄ dn̄m deū meū ne tibi vnq̃ ɔſētiā i adiutorē inuoco · Scīo pſonā q̄ p hmōi irriſionē ſolacōſe de facili ſe eruūt ab hijs ſpūcicijs · Spūs q̄ppe ſupb9 n̄ diu patit̄ ſe ita ɔtēptuū hr̄i · Scd̄o fieri pn̄t huiuſmodi cogitationes turpes et abhomiabiles ex cauſis naturalibus ſm humani corporis diſpoſitionem · Primo videlicet aut ex nimia

cerebri euacuacōe p ieiunia ſtudium vel fortem ymaginacōez. Scdo aut ex nimia habūdantia groſſi fumi cauſati ex corruptis humoribꝫ ꝓpt cibi ⁊ potus intemperātiam / vel etiam cauſati ex certo cibo vel potu qui licꝫ modice ſūptus habet naturalit̄ gn̄are groſſos humores caput ꝑtur bantes. Tercio aut ex eo ꝙ pſona tal̄ ē nimis ocioſa. Quarto aut exinde ꝙ homo ē ↄſuetus curioſe ⁊ incaute videre vel audire res de quibꝫ facilit̄ ſumit̄ occaſio poſtea cogitādi nepharia Quinto aut etiam ex ordinato ⁊ nimis cōtinuo timore offendendi deū. Queadmodū videmus exēplarit̄ ꝙ ſepe ⁊ cōmuniter ꝑtranſitur lignū ꝙ̄tūcumqꝫ etiam anguſtū. In terra ſimpliciter poſitū abſqꝫ aliqua trepedacōne / ꝙ nō ſic fieret ſi lignū foret in alto aut deſubtus haberet pro fundam foueam / etiā quamꝙ̄ eſſet magis am plū. nam tunc ymaginacō de periculo faceret hmōi timorem. Et timor ↄſequenter faceret ea ſum / ex eo ꝙ ſm naturales in magno timore ſā guis totus conatur iuuare ꝑtem nobiliorē corpo ris ſcꝫ ipſū cor recurrēdo ad ipſum. ⁊ ſic ceteris mēbris euacuatis homo ꝑ totum corpus quaſi ſpaſmat̄ ⁊ deficit viribꝫ. vn̄ necc̄ario eſt ut cadat Similit̄ eſt exēplū de timoē in tenebris. Expien cia enim docente: ſcimus ꝙ in loco obſcuro vel tenebroſo ⁊ in nocte cū videre non poſſumꝰ q̄

iuxta nos ſūt· timemus naturaliter velimꝰ aut
nolimus. Jta ut etiam qūz videatur nobis ex
timore nimio licet fantaſtice / ꝙ videamꝰ vel ſen
tiamus circ̄ nos tetras ymagines vel audiamꝰ
voces aut ſibilatioēs horribiles / cū tamen ī re n̄l
ſit ¶ Remedia cōn̄ p̄mā ⁊ ſcdāz naturales cās

Dicamꝰ igitur nunc ad propoſitū noſtrū ꝙ
quantum ad euacuationē cerebri vel eius
habundantiam in humorib; corruptis ac̈ / pſo
na talis indiget magis conſilio exptorum artis
medicine / ⁊ bono regimine corporali q̄ꝫ doctrina
theologorum ⁊ ſpirituali medicamine. Sed q̄ꝫ
tum ad ocioſitatē nimiam ſi ipſa fuerit ī cauſa
que omnia mala docere cōſueuit· remediū prin
cipale eſt ut homo ſtudeat cogitationes ſuas
beſtiales et indomitas· freno rationis tenere ne
vagēt̄ libere ſēp quo voluerint. Et poterit hoc
fieri· ſi homo occupaueit ſe diuerſis exercitijs
vtilib; tā ſpiritualib; q̄ꝫ copalibus altnatis vici
bz· dūmō tn̄ hoc fiat cū mētis q̈dā delcōe ⁊ nō vſ
q; ad tediū ⁊ nauſeā ī vno exercitio / alioquin
cogitacōes ꝓpt̄ tediū nō ītēdēt ſʒ eq̄ ut p̄us ⁊ qūz
multo āplius diuagādo ad alia ſe cōuertēt. Su
p hijs hēmꝰ exēplū de ſcō. An. q̄ q̈dā vice ī here
mo g̈uit̄ affligebat̄ tēptacōne malarum cogita
cionū· vnde cōquerebat̄ domino dicēs· Domie
vellē ſaluaī ſʒ non volūt pmittē cogitacōes mee

Tūc apparens ei angelus ī ſpecie heremite oſtē
dit eidē remediū cōn̄ cogitacōes hmōi|nūc pau
lulū laborādo maibȝ·nunc genibȝ flexis orando/
deinde corpus reficiendo·poſt quiſceendo·⁊ rur
ſus iterū laborādo ⁊ tandē ait·Anthoni ſic faci
as ⁊ tu·⁊ ſaluus eris Utinam attēderent bene
hoc exēplum nōnulle perſone|q̄ ſub ſpecie quaſi
vacandi deo ⁊ deuotioni michil opari volūt ma
nualiter|cum tn̄ apoſtolus dicat·Qui non labo
rat non manducet·Quāuis enī vacare deo per
ſpūalia exercitia non ſit ſine labore·laborare ni
chilominus interdū etiam manibȝ expedit/vn̄
ꝯtingit nōnunq̄ ut hoc negligētes non quidem
ob corporis debilitatē ſed ex deſidia ⁊ carnis vo
luptate/deueniūt ad mag̃ picula ſuaꝝ aīarū/
non ſolum in malis cogitacōibȝ ſȝ etiam qn̄qȝ in
g̃uioribȝ·Prudenter itaqȝ ⁊ rectiſſime religio
nū inſtitutores ſuis deputarunt filijs certas ho
ras non ſolū ad cātandū·orandū meditandū
⁊c̄·verum etiam ad labores manuū exteriores
faciendū·put clarie patet in regula ſancti bene
dicti ⁊ alioꝝ approbatoꝝ ordinū inſtitucōnibȝ
Non ē enim aliqua cogitacō tam turpis abho
minabilis mala et execrāda quā non inueniat
deteſtanda ocioſitas·Nam cor vacantis otio ē
ad inſtar molendini·qd cū nō habȝ ad molēdū
bonū frumētum qꝛ in cōtinuo motu eſt·molit ⁊

cõſumit ſeipſũ· etiã vſqȝ ad totalẽ ſui deſtructi
onẽ· niſi prohibeatᷣ alicuius diligẽtia . Et eq̄ ci
to molit aduolãtes fedas muſcas ſicut ğuoꝝ e
lectoꝝ ad ypes p̄ſtĩ cũ ſuũ ſit cõtinue molẽ ⁊ nõ
q̄eſcẽ neq̄q̄ꝫ vero quid molat ſiue bonũ ſiue ma
lũ diſcernere ⁊ eligere põt ň regẽtis prouidẽtia
aliter curet diſponere . Si cui exempla premiſſa
pro vitando ocio non ſufficiunt . Attendat etiã
ꝙ ipſi fratres cartuſienſes qui plus ceteris reli
gioſis quieti contemplacõis et ſpũalibus exer
citijs deputati videntur habent pro ut intellexi
certas horas quibus corꝑalibus intendunt ope
ribus ſecrete ⁊ ſine ſtrepitu in ſuis cellis· ſit hoc
ſcribendo libros· ligando· corruptos emendãdo
ortulos ſuos colẽdo aut cetera huiuſmodi exte
riora pro loco et tẽpore cõgruo faciẽdo . Quippe
conſiderantes ꝙ ſpiritualibus ſemper intendere
non ſinit humana fragilitas religioſe quando
qȝ corporalia exercent ut vitetur periculoſa ocio
ſitas . Atteſtatᷣ p̄dictis diuina ſcriptura quõ non
ſolũ ꝑiculoſũ ꝫ etiã dãpnoſũ ſit ociũ de ſodami
tis q̄ peſſimi pccõẽs noiantᷣ ⁊ itᷣ ceteras cãs que
eos ad tm̃ ꝑduxerũt malum conmemoratur in
fallar ipm ociũ . Ad dẽdũ ꝑpᷣ p̄miſſa eſt ꝙ licet
quaſi omnibȝ gňalitᷣ ſit ꝑiculoſũ ſimpliciᷣ velle
itẽdere ↄtẽplacõis q̄eti ⁊ nõ labori quãdoqȝ iten
dere manuali ſpẽalitᷣ tamẽ videtur pernicioſum

hoc iuuenibus ꝑſonis ꝛ ſi nõ omnibus· tamen
multis· maxime ꝓpter naturalis caloris in ipſis
exceſſiuũ dominiũ· ac etiã ꝓpter eoꝝ indiſcrecõꝫ
ꝛ inexꝑientiã que diuturnitate tpis remouetur
ymo etiã ꝓpter p̄ſũpcõnem que ſatis cognata
eſſe ꝯſueuit iuuẽtuti. Vnde ad magna poſſent
ꝑuenire iuuenes animaꝝ ꝑicula· ſi nõ quãdoqꝫ
et ſepius corpalibꝫ exercitarẽtur operibꝫ. Nulli
tñ dubiũ qñ ꝯtigat iuuenes qñꝫ p̄ multis ſenibꝫ
ꝯtẽplacõi inueniri magis ydoneos quã ꝙ de cõi
curſu id negandũ videatur. Inueniunt̃ namqꝫ
iuuenes vel ex naturali diſpoſicõe vel ex bono re
gimine vel ex ſingularis dono diuine grẽ quie
tiſſimi ꝛ ad exteriora quaſi in nullo inclinati ſꝫ
totaliter pene deuocõi dediti. Inueniuntur etiã
iueterati dieꝝ maloꝝ· in quibꝫ quaſi nulla mẽ
tis eſt ſtabilitas· nec aĩ trãquillitas· nec cordis
deuotio ſꝫ ex mala ꝯſuetudine paſſionibꝫ vicio
ſis habũdantes· ꝛ pene ĩ nullo mortificati nichil
aliud ꝙ que carnis ſunt ſapiũt. Quis ergo du
bitet qñ ille. Iuuenis ad vacandum deo plus
fuit aptus ꝙ iſti ſenes. Et ne quis murmuret
attẽdatur ꝙ ſunt ſcriptura teſte pueri centum
ãnorũ. Et ſũt adoleſcẽtes non cõtẽpnendi qui
poſteri prioꝝ vitam moribꝫ trãſcenderũt. Hec
remedia data contra malas cogitacões dũ cau
ſam habuerint ex ocio valent etiam· ſi cauſate

fuerint ex nimio ⁊ inordinato timore offendēdi
deū. Occupatꝰ nāqȝ diūſis exercitijs facilius obli
uiſcet̃ timoris hm̄oi q̄ȝ vacās ↄtinuo ocio. Re
mediū nichilominꝰ ↄtra eādē cauſā efficax ē ut
hō cogitȝ potiꝰ diuinā miſeicordiā q̄ȝ dei iuſticiā
⁊ cū q̄dā mentis libertate fiducialit̃ ſe totū proi
ciat in abyſſum diuine bonitatis ⁊ clementie di
cendo. Domine quā q̄ȝ multa ⁊ magna ſit mea
iniq̄tas. vnde merito te timere habeo: ſcio tamē
q̄ȝ multo eſt maior tua pietas. quia eſt infinita
Vnde multo amplius in te confidere volo. Au
fer ergo a me deus meus nimium timorem ſer
uilem. ⁊ cōfirma me ī timore tuo filiali quo ma
gis te cordialit̃ diligā q̄ȝ nimis vehemēt̃ timeā.
Si autē ↄſuetudo mala et cuīoſitas ītēdēdi ill̃. de
q̄bȝ facile occaſioēs maloꝝ oriri poſſunt. fuit in
cauſa tā turpiū ⁊ iniquaꝝ cogitacōnum reme
diū difficilius poteīt īueniri q̄ꝛ ſp inq̄eta ⁊ fame
lica ſolȝ eē curioſitas in mal̃ enutrita et cōſueta.
Remediū tn̄ ut ſup̄ ut hō occupȝ ſe vtilibȝ vitā
do otiū ⁊ cuſtodiat ſe a. vidēdis. audiendis. lo
quēdis ⁊ tāgēdis noxijs. ⁊ nō dādo occaſionibȝ
pccōꝝ locū. Etiā valet ut hō cū ſēſeit ſe īuadi tlī
bȝ cogitacōibȝ ſtati q̄i cū violētia ꝛuocȝ mētē ſuā
īde et applicȝ ad alia. Etiā ſi millefies vna die hō
īeȝ inuaſerit millefies hō ſe ab eis auͤtat ſignādo
ſe ſigno ſcē crucis ſuſpirādo ad deū īuocādo nr̄āȝ

dn̄am ⁊ ſcm̄ āgelū̄ cuſtodē ſuū̄ ceteros qꝫ ſāctos
quos in ſpeciali habet veneracōe ⁊ dilcōe. Vel
ſi hec omnia non proſint: infligat homo ſibi ipi
aliquē dolorē per flagella aut alias ſalua diſcre
cōe ⁊ ſi nec adhuc ſic pax fuerit michil melius ē
niſi ut tunc homo ꝯtēpnat tales ſpurcitias ⁊ fa
ciat ſicuti faceret. ſi quis ſibi diceret vel oſtende
ret aliqua que ipē audire ſiue videre dedignare
tur. Tunc enī quaſi cū indignacōe auerteret
⁊ aures ⁊ oculos ⁊ ꝯuertēt ſe ad alia etiā quā
tūcumqꝫ alius loqueret ſeu mōſtraret que ſibi
non placerent. Sic ⁊ hic fiat. Si aūt nec ſic in
fernales muſce pū̄gitiue pacem ꝑmiſerint. op
timū remediū eſt ut homo michil de eis āplius
curet. ſꝫ ſub diuina ꝯfidētia pacientiam habeat
⁊ ſit ſecurus quantū eū nocebūt. non ſolū ẏmo
⁊ ad magnā coronam eidē proderūt ¶ Qua
tuor generalia documēta cōn̄ malas cogitacōes

Pro pleniori itellcū eoꝝ q̄ dicta ſūt. ⁊ ꝓ facili
ori remedio ꝯſequendo. Contra tam groſ
ſas ⁊ ruſticanas temptacōes cogitacōnū. pona
mus aliqua documenta breuit̄. Quoꝝ primū
eſt iſtud. ꝑiculoſiſſimū. eſt cū quis ſe dare vult
ad deuotionem ⁊ ad ſpūalia exercitia ſi non ſcit
ſcripturas nec habet bonū directorem. ꝯſiliariū
fidelem. exptū. deuotū. ⁊ diſcretū. deū timentem
de quo audeat ⁊ poſſit tōliter cōfidere ⁊ ꝯſciētie

ſue ſecreta ex toto eidem reuelare· alioquī enim
ɔtīget talē pſonā facilius et piculoſius errarē a
vera via ſalutis q̄ꝑ aliquē q̄ cōi ſecularium fideliū
ḡdit via. Exēplū ſup hoc habe9 in vitaſpm.
Nā dicebat quidā ſāctus pater. Si videris. Ju
uenem· per ſe volentem intrare paradiſum id ē
ſine doctore: etiam ſi iam vnū habuerit pedem
in paradiſo: retrahe ipſum infra per alium pe
dem quia ſic nunquam intrare poterit. Secun
dum documētum eſt: poſtq̄ꝑ perſona deuota ex
poſuit ſuo patri ſpirituali illam temptationem
villanam· verbis generalibus: non eſt neceſſa
rium de ea vltra in ſpeciali aliquid dicere· niſi
forte in illum finem ut melius intelligi poſſet ex
qua cauſa ſit orta· ⁊ ut ex conſequenti conueni
entius poſſit dari remedium. Non tamen ad
huc fieri debet hoc frequenter. Qui enim preſu
meret liberari ſe ab huiuſmodi tēptatiōe ꝑ
ɔfeſſiōis et maniſeſtacōis iteracōꝫ nimiā erraret
valde. Nā expiētia docēte frequēt habitur9 eſſꝫ
peius ex hoc. Attēdat ꝰ ꝑut ſup̄ tactū ē· ꝙ nō
ē necēm ut ide q̄s ɔfiteat· eo ꝙ nō ē pccm n̄ forſi
tā ipa pſōa eēt i culpa ex vna qn̄qꝫ cāꝝ ſupius
expſſaꝝ. Tūc ei poteit fiei ita ut petat cōſiliū et
auxiliū a ɔfeſſoē· ⁊ ut veiaꝫ ɔſeq̄ mēat de occōe
p̄ſtita· tā abhōiabili tēptacōi· utputa. Si viꝫ ip
ſa pſona deuota cōſueta eſſꝫ nis vacaē otio aut

curioſitati·aut quia nimis ieiunaſſet indiſcrete
aut quia nimis in cibo ⁊ potu exceſſiſſꝫ·De hijs
bene poteſt fieri ꝯfeſſio aut etiam ex̄ ꝯfeſſionem
peti ꝯſiliū·abſqꝫ tñ ſpeciali ⁊ apta manifeſtacõe
talis blaſphemie que ipſā ꝑſonam vexat. Ter
ciū documentū eſt ut diligētiſſime ab omnibus
caueatur ne quis aliquo modo quicꝙ̄ dicat aut
faciat vel ſcriptis vel picturis vel geſtibus vel
figuris quibuſlibet corā vtriuſqꝫ ſexus pueris
ſiue iuuenibus vñ poſſit in eis cauſari poſtmodꝰ
hmõi nepharie aut aliaꝝ quarūcumqꝫ turpiū
cogitacõnū incentiuū. Pro ut proch dolor non
nulli facere non verentur qui ſine omni neceſſi
tate ⁊ ex mera ſua carnalitate ſeu cū leuitate lo
quūtur audacter de ſecretis matrimonij aut contͣ
fidem·contͣ deū eiuſqꝫ ſanctam humanitatem vel
cõtra ſanctos ꝑ modū ioci vel alias leuitꝰ corā
puellis ⁊ iuuenibus aut ꝑ turpes picturas aut
ꝑ geſtus laſciuos innocētum corrūpunt corda
aut q̄ caniculos vel catos aut pullos vel alias
beſtias laſciuientes ⁊ ad laſciuias ⁊ turpes co
gitatus de facili inſipientiū aīos ꝓuocare valē
tes nutriūt ⁊ ab hmõi taliū viſu auditu ⁊ tactu
pueros ⁊ puellas innocētes non caute cuſtodi
unt·ſed ſine omni verecūdia coram eis cū hijs
turpia fieri ꝑmittūt in magnū ſuum ⁊ talium
inocētum ꝑiculū aīarū. De facili nāqꝫ pueri etiā

innocentiſſimi occaſione. ex hmōi nephandorū
auditu viſu tactu vel ac̄ data cogitabunt inimi
co cooperante. vtinam non ex cogitacione etiā
opere poſtmodum conpleant que loqui non
licet. Sed dimittamus illa et veniamus ad alia
Quartum documentū eſt temptatio illa grauis
et turpis blaſphemie. ſeu quecunqꝫ alia que ī ſo
la cogitacione ad hec verſatur. vincitur ut con
muniter melius. eam contempnendo. obliuioni
trahendo et ſe de ea excuciendo ꝛ ad alia fortiter
mentem trahendo q̄ꝫ multum cū ipſa litigando
repungnando et diſputando. Ratio efficax eſt
huius. De quanto enim nititur quis ſufflando
fortiter extinguere magnū ignem amplius. de
tāto ignis inflammaſcit vehementius. et auge
tur cicius. Similiter ē de potētia hominis yma
ginatiua ſiue virtute fātaſtica quia quāto ma
gis aliqua ſpetie apprehenſiua per cogitatiōēs
conpungnantes fricatur et mouetur. tanto for
tius in ipſis figitur et indelebilius fortificat᷑. Ni
chil ergo conſultius niſi ut tranſeatur faciliter
ī hijs ꝛ nō nimis īmobilit᷑ ꝛ q̄i ex directo eis re
pugnet᷑ ſꝫ q̄i ex adu̾ſo ꝑ īdirēm alia vꝫ ī cogitatu
fortit᷑ apprehēdēdo. Et ut breuiter remedū non
breue. dicā aqua peitēcie ī lac̄mis corpis ꝛ geit⁹
ſpūs ī ɔtricōe cordis ꝓ pc̄cis. hāc malā tēptacōꝫ
et quācūqꝫ aliaꝫ maculam aīe efficaci⁹ abluit

purgat ⁊ extinguit. Expto credatur. Si tamē
ut ſupra poſuim⁹ diſcretio non deſit. Jta ut ca
put ſēſus ⁊ racō nō ledātur. Et dūmodo firma
ſpes de dei miſericordia non abſit. Jta ut ex ni
mio timore offenſionis diuine in deſpacōis vo
ragmē nō labatur. Deficim⁹ quippe ex nobis
in cūctis ꝫ non vſq; quaq; ad pdicōez gracie dei
Jpſe enim nouit ſuſtentare noſtrā inſufficiēciā
⁊ infirmitatē plus ꝙ pater ⁊ mater q̄ nos ſm
carnem genuerūt dūmodo nos noluerim⁹ ſpō
te declinare extra eius cōfidētiā ⁊ diuinā caritatē

¶ Explicit tractatus ꝓ deuotis ſimplicibus q̄liter
ſe diſcrete ⁊ caute habere debeant ī ſuis exercitijs
Editus a venībili mgrō Joh Gerſon. Cācellario.

LANDES- UND STADT- BIBLIOTHEK DÜSSELDORF